12.B/35-005

Clarissime ac Doctissime Domine!

Ab annis fere triginta colligo nomina plantarum croatica et revera mihi vix credibilem multitudinem talium nominum colligere successit; sed plurimis addita est significatio italica vel latina vocabulis trivialibus, nec mihi in defectu necessariorum ad hoc operum constat, qualia systematica nomina illis correspondeant.

Persuasus de amore patriae Vestrae Claritatis arripio occasionem hanc precibus humanissimis, quatenus adnexae seriei trivialium botanicarum denominationum systematicum nomen adnectere dignaretur.

Peculiari cum veneratione persevero

Zagrabiae 6. Febr. 1877

servus humillimus
Dr B. Šulek
secretarius academiae Slav. merid.

Honorabile Diploma quo me nil tale
merentem Academia Vestra Jugoslavenska
in Vestrorum Sociorum numero cooptare
dignata est, libenti et grato animo accepi.
Cujus honoris Te deprecor ut velis Acade-
miae Vestrae humillimas gratias agere.
Quod vero nomina botanica, ~~quibus~~ quorum petis ut
velim ea nominibus slavis addere, me
imparem esse profiteor, praeter pauca
quae Tibi mitto; cum nomina slava par-
tim quibus latinis respondeant prorsus
nescio, partim parum exacte mihi in
elencho Tuo scripta videantur.
Ignoscas mihi quaeso, ~~neque~~ me desiderio hoc Tuo
satisfacere prorsus nequire, itaque habeas

Patavii 20 Febr. 77.

devotissimum Tibi
V. de V.